

1808  
18  
/ Ill/me et Rev/me Domine S.

Memores Ill/mae D/is V/ae erga nos benevolentiae, non possumus non ei ex animo precari felicissimum annum ineuntem, quo more praeteritorum ad Dei gloriam amplificandam, et Ecclesiam exaltandam frui  
5 possit utiliter, et in Domino gaudere. Neque enim dubitamus Ill/mae D/is V/ae eam in hac re esse mentem, quam fuit S. Martini, qui pro populi necessitate, et salute sanctae morti diuturniorem praetulit laborem. Precamur praeterea, ut nos ad domum nostram variis calamitatibus circumdatam, in suis precibus et SS. sacrificiis nunquam  
10 cesset commendare Deo, Beatis Apostolis, et Summo etiam Pontifici, ad cujus sacros pedes animis provolutae benedictionem pro futuro hoc anno exposcimus humillime, optantes eidem simul et hunc, et (si ita Deo placeat) S. Petri annos felicissimos. Halae 14 Jan. 1617.

Ejusdem Ill/mae D/is V/ae

15 Addictissimae

Maria Christierna Leonora.